



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117816**

§. 5. Litteræ S. Isidori Pelusiotæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66052)

Sæculum V. Clericos, Monachos, & populum scripse-  
 A.C. 431. runt, ut, quid Comes Joannes Ephesi e-  
 gisset, edocerent, videlicet Cyrilli, &  
 Memnonis damnationem Imperatori pro-  
 batam, eosque arcte custodiri; eandem  
 vero & Nestorii sortem esse, reticent.  
 Hortantur Concionatores, ut contra cre-  
 ditum Cyrilli errorem perorent, & coe-  
 teros omnes, ut ab illis caveant, qui hæ-  
 resin istam Antiochiæ diffeminare cupe-  
 rent, sed tanquam seditiosos homines in  
 Judicium manus tradant. Hæc Epistola  
 a Joanne Antiocheno, & duodecim aliis  
 Episcopis signata. Ad Acacium Bereen-  
 sem quoque scripserunt, & similiter con-  
 demnationem, & detentionem Cyrilli,  
 & Memnonis memorant, de Nestorio si-  
 lent. Queruntur, adversarios suos un-  
 dique Epistolas spargere, ut in Civitati-  
 bus, & Provinciis Seditiones commo-  
 veant.

c. 19.

## §. V.

*Litteræ S. Isidori Pelusiotæ.*

*Evagr. l. i. c. 15. Ephr. ap. Phot. c. 228. p. 777. Suid. Isidor. Isid. l. II. ep. 137. 228. Lib. I. epist. 310.* Epistolæ, quæ Ephesi contra S. Cyrillum scriptæ, afferebantur etiam S. Isidoro Pelusiotæ, illustrissimo illius ætatis Anachoretæ, fidem fecerunt. Is, quamvis natus esset Alexandria, reliquam vitam Pelusii egit. Sacerdos erat, & profundo Theologiæ studio vitæ Monasticæ rigorem jungebat. Plura opera, & inter hæc

hæc tractatum contra Gentiles edidit; <sup>Sæculum V.</sup>  
 at solæ nobis supersunt ejus Epistolæ, nu- <sup>A. C. 431.</sup>  
 mero duo millia, & duodecim, stylo la-  
 conico, & eleganti scriptæ. Ea, quam  
 memorata occasione ad S. Cyrillum de-  
 dit, sequentis est tenoris: *Eorum oculi,*  
*quorum mens præjudiciis occupatur, cali-*  
*gant, qui vero odio reguntur, cæci sunt.*  
*Si igitur utriusque vitii notam effugere*  
*vis; nullius condemnationem temere ur-*  
*geas, sed causæ momenta longo examine*  
*pensa. Multi ex iis, qui Ephesi congre-*  
*gati sunt, accusant, potioverem tibi priva-*  
*tæ inimicitia rationem esse, quam sincere,*  
*quæ Jesu Christi sunt, quærere. Est,*  
*inquiunt: Theophili nepos, ejusdem mo-*  
*res imitatur. Et timeri vult, sicut a-*  
*vunculus ejus, qui Beatæ memoriæ Joan-*  
*nem furiose persecutus est, quamvis ma-*  
*ximum inter accusatos discrimen inter-*  
*cedat.*

epist. 311.

S. Isidorus etiam ad Theodosium Im-  
 peratorem Epistolam dedit, in hæc ver-  
 ba: *Si tempus tibi sumeres, Cæsar! te-*  
*que ipsum Ephesum conferas, quæcunque*  
*in Concilio agentur, fide integra fient;*  
*si vero suffragia humanis affectibus relin-*  
*quas, nemo Synodum ab illusorum impro-*  
*bitate defendet. Remedium malo afferes,*  
*si, quos mittis Ministros, coerceas, ne do-*  
*cendi munus sibi arrogent; quippe tales*  
*non sunt, qui simul Principi serviant, &*

N 4

Deo.

Sæculum V. *Deo. Time! ne Imperium in ruinam*  
A. C. 431. *impellant, dum illud Ecclesie, quæ est pe-*  
*tra solida, & juxta Dei promissum incon-*  
 1.ep.323. *cussa, allidunt. In alia ad S. Cyrillum*  
*Epistola S. Isidorus suam de Mysterio In-*  
*carnationis fidem, integre Catholicam,*  
*exponit.*

## §. VI.

*Libellus Catholicorum Civitatis Con-*  
*stantinopolitane.*

*Cont. Ephes.* **M**endicus, feliciter Constantinopolim  
 p. 778. *delatus, Epistolas Concilii, quas fe-*  
*rebat, Clericis, Episcopis, Abbatibus &*  
*singulatim S. Dalmatio reddidit. His*  
*acceptis, Clerici Constantinopolitani Li-*  
 178. *bellum supplicem obtulerunt, in quo Re-*  
*verentia in Cæsarem, & pro Religione*  
*constantia jungebantur. Inquiunt: Si*  
*Majestati Tuæ depositio Cyrilli, & Me-*  
*mnonis, a Schismaticis attentata, proba-*  
*tur, omnes, quotquot sumus, illa animi*  
*fortitudine, quæ Christianos decet, eadem*  
*cum sanctis his Viris pericula subibimus,*  
*nullo meliori modo congruas ipsis gratias,*  
*quod tanta pro fide tulerint, referemus.*  
*Igitur suppliciter tibi accidimus, ut il-*  
*lorum judicio accedas, qui numero supe-*  
*riores sunt, qui majorum Cathedrarum*  
*Auctoritate fulciuntur, & quibus, post-*  
*quam sollicite fidem orthodoxam ad exa-*  
 men